



SERMO

LXXXIX

ut opera dei magna predicemus. q̄ quāvis xp̄us mandauit eis ne
 alicui dicerent hoc fecit ad nostrū exemplum. tamen ip̄e volebat ut
 dei opera p̄dicarent ad laudem dei et p̄ximū edificatōem. ut greḡ
 dicit **Tho. xij.** Opera dei reuelare et ceteri honorificus est. **Psal.** An
 nunciate inter gentes opera eius et nar. nū. ei. **Secundū** est ut fa
 cta dei nō scrutemur s̄ admiremur p̄. **Qui** scrutator ē maie
 stas opprimetur a gloria. **Ecc̄. iij.** In plurib; operib; dei ne fueris
 curiosus. **Admiremur** ergo dei potentiam qua om̄ia creauit. dei sa
 pientia qua om̄ia ordinauit. dei clemētia qua p̄ nobis hō fieri et mo
 ri voluit. dei caritatem qua se nobis ad manducandum dari ordina
 uit. dei gratiam et dei iusticiam qua electos p̄destinauit. et qua rep̄
 bos p̄ciuit. et nihil horū scrutemur. **Nam** q̄ primum sc̄ dei poten
 tiam circa mundi creatōem aristoteles et quidam alij voluerūt scru
 tari errauerunt dicentes mundū stetisse ab eterno. q̄ vero fm sc̄ di
 sapientiam circa rerum ordinatōem quidam voluerunt scrutari et
 rauerūt dicētes om̄ia a casu et fortuna euenire. **Ecc̄. ix.** Vidi sub so
 le nec fortium bellum. nec artificum gratiam. nec sapientum panem
 nec velocium cursum. nec doctoz diuitias. s̄ tempus casumq; in oī
 bus. **Sed** q̄ tertium sc̄ dei clemētiā circa salutem humanā. q̄ ui
 dam voluerunt scrutari infatuantur et incidunt in errores reputā
 tes insaniam q̄ deus sit factus homo et mortuus ut iudei et sara
 ceni. **Coz. ij.** Nos autē predicamus christū crucifixū. iudeis quidem
 scandalū. gentib; autē stulticiam. **Q̄** autē quartū sc̄ dei caritatem. qua
 se nobis voluit ad manducandū dare. quidāz volunt perq̄rere rece
 dunt a fide dicentes. **Durus** est hic sermo quis potest eum audire.
 quō potest h̄ carnem su. no. da. ad manducandū. **Job. vi.** **Q̄** vō qui
 tum sc̄ dei gratiam et dei iusticiam circa p̄destinationem electo
 rum et p̄sciētiā reproborum quidam volunt perscrutari errāt
 dicentes om̄ia de necessitate euenire. et p̄destinata et p̄scita. et
 quicunq; sunt p̄destinati de necessitate saluabuntur. et similiter p̄
 sciti necessario damnabuntur. **Tercium** est ut confiteamur q̄ chri
 stus semp bene om̄ia fecit. et om̄ia bene facit quamuis multa dis
 torta nobis videantur. **Boetius.** Et tu quamuis cam tante dispositi
 onis ignores. recte fieri cuncta ne dubites. Et sic patet tertium

De epistola sermo lxxxix

Uidiam talem habem⁹ per christū ad deū non q̄ suffici
 entes simus cogitare aliqd ex nobis. **ij. Corint. iij.** Apo
 stol⁹ i hac ep̄la dicit quādā ztroūsiā q̄ maria erat tpe
 suo et fuit etiā tpe christi. sc̄ q̄ mistri et discip̄i moysi et vetis legis.

*vicine reuyllos marfend.
 id est fien nemini*